


DIES
MENS.

NOVEMBER.

- Dominica aliqua hujus mensis ab Ordinario Loci jam assignata fit de Patrocin. B. M. V. sub Ritu dupl. maj. pro Regn. Hisp.
- III. Innumerabilium MM. Casaraug. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- XV. Eugenii Episcop. & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- XVII. Acicli & Victor. MM. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- XXIV. Joannis à Cruce Conf. *Duplex pro Eccl. univer.*
- XXVI. Desponsat. B. M. V. *Duplex majus pro Regn. Hisp.*

DECEMBER.

- IV. Barbaræ Virg. & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- VIII. Concept. B. M. V. *Duplex j. Classis cum Octava pro Regn. Hispan.*
- IX. Leocadiæ Virg. & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- X. Translat. almæ Domus Lauret. *Duplex majus pro Reg. Hisp.*
- XII. Eulaliæ Emerit. Virg. & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- XV. Octav. Conceptionis B. M. V. *Duplex.*
- XVIII. Expect. B. M. V. *Duplex majus pro Regn. Hisp.*
- XX. Dominici Silens. Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- XXIII. Nicolai Factor. Confes. *Duplex pro Eccl. univer.*
- XXX. Translat. S. Jacobi Apostoli. *Duplex majus pro Regn. Hisp.*



B. M. V. de Guadalupe pro die ab Ordinariis assignata modo non sit Dominica. *Duplex majus pro Regn. Hisp.*
Immaculatæ Conceptionis B. M. V. pro Sabbatis non impeditis, nec exceptis. *Semiduplex pro Regn. Hisp.*
Jacobi Apostoli pro Feriis secundis non impeditis nec exceptis. *Semiduplex pro Regn. Hisp.*

PRO

PROPRIUM FESTORUM HISPANORUM.

FESTA MAIL DIE V. MAIL

In Festo Conversionis S. Augustini
Episcopi, Confessoris &
Ecclesiæ Doctoris.
Duplex.

A Capitulo omnia de Communi
Confessoris Pontificis, xli. præter
ea quæ sequuntur.

In Hymno ad Vesperas & Matutin.

Hac die letus cõlitur renatus
Flumine sacro.

Ad Magnificat, Antiphona.

Exultemus in Deo salutari nostro,
quia respexit ad preces, & lacrymas
ancillæ suæ Mõnicæ super desiderium
ejus: Ecce Augustinus omnipotenti
brachio ad veritatem conversus est,
& magnus Ecclesiæ Doctor evasit.

Oratio.

DEus, qui hodiernam diem
beati Augustini Confessoris
tui atque Pontificis mirabili
Conversione decorasti: præsta quæsumus;
ut sicut Ecclesiam tuam propulsis
erroribus prætegit, ita corda
nostra precibus suis contra malignos
spiritus tuâ gratiâ irrigante
defendat. Per Dominum nostrum
Jesum Christum Filium
tuum, &c.

Deinde fit Commemoratio Sanctæ
Monicæ Viduæ.

In primo Nocturno.

De Epistola beati Pauli Apostoli
ad Romanos.

Lectio j. Cap. 7. c.

SCimus enim, quia lex spiritalis
est: ego autem carnalis
sum, veniendus sub peccato.
Quod enim operor, non intello;
non enim quod volo bonum, hoc
ago: sed quod odi malum, illud
facio. Si autem quod nolo, illud
facio: consentio legi, quoniam
bona est. Scio enim quia non habitat
in me, hoc est in carne mea,
bonum. Nam velle, adjacet mihi:
perficere autem bonum, non invenio.
Non enim quod volo bonum,
hoc facio: sed quod nolo malum,
hoc ago. Si autem quod nolo, illud
facio: jam non ego operor illud,
sed quod habitat in me, peccatum.
Invenio igitur legem, volenti mihi
facere bonum, quoniam mihi malum
adjacet.

R. Euge serve bone & fidelis, quia
in pauca fuisti fidelis, supra multa
te constituam: ¶ Intra in gaudium
domini tui. **V.** Domine quinque
talenta tradidisti mihi: ecce alia
quinque superlucratus sum. Intra
in gaudium.

Lectio ij.

Condelctor enim legi Dei secundum
interiorem hominem:
video autem aliam legem in membris
meis, repugnantem legi mentis
meæ, & captivantem me in lege
peccati, quæ est in membris meis.

In-

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gracia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei: carne autem, legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu: qui non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt: quæ carnis sunt, sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt: quæ sunt spiritus, sentiunt. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

R. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: Ideo iurejurando fecit illum Dominum crescere in plebem suam. **V.** Benedictionem omnium Gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo iurejurando.

Lectio iij.

Cap. 13.

ET hoc scientes tempus: quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim proprius est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abficiamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus: non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudiciis, non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

R. Juravit Dominus, & non penitebit eum: * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis. Tu es. Gloria Patri. Tu es.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Augustinus undevigesimum annum agens, spretà, ut ipse

ait, Religione, quæ sibi puerò à parentibus insita erat, ad Manichæos defecit, iisdemque novem annos adhasit. Sed & Carthagine, ubi Rhetoricam proflicebatur, illiciti amoribus irretitus est, ac Genethliacorum deliramenta aliquamdiu secutus. Auditorum Carthaginiensium immodestia offensus, auditò Romæ adolescentes sedatius litteris operari dare, matre decèptà, consensu clam navigio, illuc contendit: ubi corruptus ægritudine in vitæ discrimen incidit. Sed piæ matris precibus servatus est, ejus discensum, errorisque inconsolabiliter deflentis. Confirmatà valetudine, eloquentiæ scholam aperuit, ac ferme per annum Romæ docuit. Postea à Symmacho Urbis præfecto, Rhetoricam ipsam publicè professurus, missus est Mediolanum, ubi Sanctum Ambròsium disputantem in populo studiose audiens; perspectà Manetis insaniam, nondum tamen rectè sentiens, Academicorum more de omnibus dubitans, atque inter omnia fluctuans, Manichæos relinquere decreverit; actamdiu esse Cathecumenus, donec aliquid sibi certi elucèret, quo cursum intenderet.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocèbit ei. Manus enim.

Lectio v.

Cum autem Ambròsii conciones frequentaret, & sacras litteras, præsertim divum Paulum avidissime légeret, ad Catholicam fidem serio animo adjecit: quem valde jam incensum, magis impulit Sancti Simpliciani, cui æstus animi sui contulerat, gravis exhortatio. Nam iis Marii Victorinii, celebris quon-

quendam in Urbe Rhetoris, ei exemplum proposuit; quem in se-necta, mirante Româ, gaudente Ecclesiâ, Christo nomen dedisse memorabat. Susceptum consilium morabantur desiderium conjugii, & sæculi blandimenta Sed Porciciano narrante de Antonii mirabili sanctimoniam, atque de illius sectatoribus in eremo austeriorem vitam colentibus: abeunte illo, tenere se non potuit, quin ad Alipium conversus, exclamaret: Quid est hoc? inquit, surgunt indocti, & celum rapiunt; & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi voluptatur in carne, & sanguine. Mox adjectum aedibus hortulum ingressus, sub ficu stratus, cùm veterum voluptatum memoria animum pertentaret, vocem audivit, quasi pieri, vel puella canentis: Tolle, lege; tolle, lege.

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vij.

Quod ille divinitus sibi dictum interpretans; concitus surgens, sacrarum litterarum codicem in proximo aperiens, in ea Apostoli verba incidit: Non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudiciis, non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum. Tunc verò, quasi infusa ejus cordi securitatis luce, omnes ab eo hesitationis tenebræ discissæ sunt. Itaque abjecta omni rerum humanarum cura, non modò baptismum suscipere, sed etiam Deo addictius servire constituit. Igitur abdicato docendi munere, una cum matre, quæ ex Africa ad eum venerat,

atque amicis rus concedens, sacris precibus, & jejuniis vacans, monastica vitæ, quam post amplexus est, rudimenta ponere visus est. Sed ubi tempus advénit, quod sacro lavacro nomen dare oportebat, Mediolanum rediit, ipsisque Paschalis diebus, incredibili bonorum lætitia unâ cum filio Aedeo, atque Alipio familiari, multisque aliis, Australibus lymphis à beato Ambròsio expiatus est, annos natus triginta tres. Tunc verò Ambròsius, ut scribit Sanctus Dacius, ob tanti viri conversionem. Deo gratias acturus, Te Deum laudamus præcinit, Augustino vicissim respondente, Te Dominum confitemur. Atque ita sacer ille hymnus, quo assidue ecclesiastica templa resonant, à viris sanctissimis alternis ad finem usque contextus est.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus repléta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 19. a

IN illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi. Homilia 65. in Matth. initium.

Quenam sunt hæc omnia, quæ tu dicis, beatissime Petre, reliquisse? Arundinem, retia, naviculam, universumque piscatorum artificium, hæc tu omnia vocas? Ita, inquit, sed non ambi-

bitiōne, quadam, aut ināni gloriā: verūm, ut pauperum plebem hac interrogatiōne introducām; nam quoniam a Dōmīno dictum est: Si vis perfectus esse, vende quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo. Ne quis pauperum opinetur, non posse ad perfectionem se pervenire, cum non habeat, quae pauperibus offerat, quaerit Petrus, ut tu discas nihil te minus propter inopiā habiturum.

R. Amāvit eum Dōmīnus, & ornāvit eum: stolam gloriāe induit eum, **•** Et ad portas paradīsi coronāvit eum. **V.** Induit eum Dōmīnus lorīcam fidei, & ornāvit eum. Et ad.

Lectio viij.

Quarit, inquam, Petrus, ne si id a se perciperes, praesertim cum adhuc spiritus grātia non abundaret, ambiguitate perplexus iaceres, sed ut ab ipso ejus magistro prolata sententia firmā spe roboreris. Nam quemadmodum etiam nos pro aliis disputamus, sic Apōstolus quoque ad universi orbis commo- dum non dubitavit interrogare. A superioribus enim patet, nihil de se ipso ambiguisse. Qui enim ipsorum caelorum claves suscepit, quanto magis de ceteris, quae in caelo sunt, confideret.

R. In medio Ecclesiae aperuit os ejus, **•** Et implevit eum Dōmīnus spiritu sapientiae, & intellectus. **V.** Incenditatem, & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Glōria Patri. Et implevit.

Lectio ix.

TU autem illud diligenter expēde, quam exquisitē duo illa, quae Christus a divite petiit, ut scilicet pauperibus substantiam distribueret suam, & Christum sequeretur, breviter complexus est, dicens: Relinquimus omnia, & se-

cūti sumus te. Ambo enim haec facta jam erant; nam sua reliquerunt, ut ipsum sequerentur, & eo, quod omnia reliquerunt, sequi facilius potuerunt: & quoniam reliquerunt, confidere atque gaudere ipsos admonēbat. Quid igitur Christus respondit? Amen dico vobis, quia vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Per viscera misericordiae suae visitavit Dōmīnus Augustinum, ut qui prius sedebat in tenebris & umbra mortis, postea illuminaret orbem.

Oratio. Deus, qui hodiernam diem, ut supra. 104.

Ad Magnificat, in ij, Vesperis, Antifa. Fecit Dōmīnus in Conversione Augustini populo suo ingentem laetitiam, hostibus superbis terrorem, & cunctis fidelibus tutam, recordatus misericordiae suae.

Oratio. Deus, qui hodiernam diem, ut supra. 104.

DIE XI. MAIL.

Fit de S. Pio Papa & Confessore.

Duplex.

Omnia ut in Breviario Romano 5, hujus.

In secundis Vesperis fit Commemor. seq.

DIE XII. MAIL.

In Festo S. Dominici Calceatensis Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, xlv. praeter ea quae hic habentur propria.

Oratio.

Clementissime Deus, qui beatum Dominicum Confessorem tuum egregiis virtutibus illustrare dig-

dignatus es: concede quaesumus; ut ejus (hodie) natalitia celebramus, ejus intercessione a peccatorum nostrorum nexibus liberari, & illius consortio in caelis perfrui mereamur. Per Dōmīnum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno,

Lectio iv.

Dominicus Calceatensis Villoriae in finibus Cantabriae illustri genere natus, qualis adulta futurus esset aetate, in juvenilibus annis plurimā virtute, & pietate monstravit. Itaque ante annum aetatis vigesimum divino succensus ardore, mundana cuncta contemnens, Deo adherere, ejusque firmiter obedire mandatis, secum studiosē constituit. Id vero sub regulari disciplina se facilius consecutum existimans, primum ad Abbātem Vallis Venariae Ordinis Sancti Benedicti, deinde ad Monasterium Sancti Emilianii ejusdem Instituti, supplex accessit, ut in Monachorum consortium admitteretur.

Passus tamen utroque loco repulsam, Deo illum ad majora disponente, in oratione assidua, variisque corporis cruciatibus per quinquēnium vitam duxit eremiticam in deserto Bureba, constructo humili tugurio, & Despae Virginis sacello.

R. Honestum fecit illum Dōmīnus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: **•** Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dōmīnus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Auditā porro famā sanctissimi viri Gregorii Cardinalis Episcopi Ostiensis, Sedis Apostolicae Legati, qui suis apud Deum precibus, & salutaribus ad populum monitiis,

universam Cantabriae, & Navarrae regionem a multis liberavit aeternis, ad eum Lucroni harēntem accessit, sub ejus disciplina mirum in modum profecit, nunquam ab eo passus divelli, donec vir sanctus ei vivis excoessit. Tanto destitutus magistro, denuo ad vitam regressus eremiticam, eo constitit loco, quo nunc requiescit, haud procul a via regia, qua iter ad Sancti Jacobi Compostellanam peregrinationem densis sylvis, & latronum incursibus periculōsum, paludibus, & coenosis anfractibus nimis molestum, transversis fluminis alluvione frequenter impervium.

R. Amāvit eum Dōmīnus, & ornāvit eum: stolam gloriāe induit eum, **•** Et ad portas paradīsi coronāvit eum. **V.** Induit eum Dōmīnus lorīcam fidei, & ornāvit eum. Et ad.

Lectio vj.

Compassus itaque vir sanctus tot tantisque peregrinationum modis, Deo multis modis mirabiliter propitiante, sylvam, nemora, lucos succidit, viam regiam longē lateque stravit, fluminis impetus, nobili superinducto ponte, qui etiam nunc cernitur, superavit: domum amplam peregrinis & egēnis excipiendis aedificavit, & Christo Salvatore Templum, quod postea confluentibus vicinis populis, urbemque a sancti viri nomine nuncupatam, construentibus, Cathedra insignitum est Episcopali. Multis demum virtutibus, & miraculis illustrius, superatis anais nonaginta, obdormivit in Dōmīno, anno millesimo centesimo nono, coaditus in tumulo, quem ipse ante annos septem sibi praeparavit. **R.** Iste homo perfectē omnia quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrede in requiem meam: **•** Quia te vidi justum coram me

ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Sint lumbi vestri, ut in Communi Conf. non Pontif. lxxviiij.

Vesperae de sequenti, cum Commemor. S. Dominici Confessoris.

DIE XIII. MAIL.

In Festo Sancti Secundi Episcopi & Martyris.

Duplex.

Omnia dicuntur de Comm. unius Mari. Pont. temp. Paschali. xvij. praeter haec, quae habentur propria. Oratio.

Infirmam nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriae actionis gravat; beati Secundi Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit Comm. praecedentis.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Secundus, Torquatus, Crésiphon, Indaletus, Caeccilius, Hesychius, & Euphrasius integerrimae vitae Socii ab Apostolis Petro & Paulo creati Episcopi, ad praedicandum Christi Evangelium in Hispaniam mittuntur. Qui prosperam (favente Deo) navigationem tenentes, Accin Boetiae Turdetanae urbem, Gadix nunc vulgo nominatam, appulerunt: cumque ipsorum aliqui lessi ex itinere prope urbis moenia quiescerent, alii urbem ad emendum cibum ingressi sunt. Sed eos multitudo infidelium, qui festum diem suorum deorum agebant, extra urbem eiecit, factoque impetu ad fluvium usque persecuta est. In fluvio pons erat mira-

magnitudinis, & firmitatis, qui tunc Dei nutu cum infidelium multitudinem, a qua occupatus est, corruit. **R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: **V.** Et deo illi claritatem aeternam. **V.** Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

LECTIO V.

Quo miraculo ceteri perterriti, respuentes idola in Christum crediderunt, imitati Lupariam quandam senatricem magnae auctoritatis mulierem, quae divino instinctu Sanctos Dei benigne excepit, & in Christum credidit, & aedulam extruxit, quam Salvatori dedicavit. Post quae Torquatus Accis Praefecto, reliqui diversis ejus Provinciae civitatibus evangelizarent in quibus Secundus, qui Abulam civitatem docendam suscepit, multos vitae exemplo, & praedicatione per Evangelium Deo genuit. Tandem post multos pro Christo toleratos labores moriens suo sanguine Abulensem Ecclesiam Deo vero consecravit.

R. Desiderium animae ejus tribuisti Domine, **V.** Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum.

V. Quoniam praeveneristi eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

LECTIO VI.

Cum vero ejus corpus omnibus ignotum diu jacuisset, anno millesimo quingentesimo decimo nono divinitus inventum est. Nam commentarii dum labentem templi parietem demolirentur, sub ejus fundamento lapideam arcam invenerunt inscriptam huius verbis: Sanctus Secundus; e qua tanta odorum suavitas emanabat, ut templum

DIE XV. MAIL.

In Festo Sancti Isidori Agricola Confessoris, Martiri Patroni.

Duplex.

Omnia dicuntur de Communi Confessoris non Pontificis. xvij. praeter ea, quae hic sequuntur.

Capitulum.

Jacobi s. b.

Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporalem, & serotinum. Patientem igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit.

Hymnus.

Iste Confessor Domini, colentes Quem pie laudant populi per orbem,

Hac die letus meruit supremos Laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,

Sobriam duxit sine labe vitam, Donec humanos animavit auras Spiritus artus.

Cujus ob praestans meritum frequenter,

Agra quae passim jacere membra,

Viribus morbi domitis, saluti Restituuntur.

Noster hinc illi chorus obsequentem

Concinat laudem, celebrésque palmas;

Ut plis ejus precibus juvemur Omne per evum.

Sit salus illi, decus, atque virtus, Qui super caeli solio coruscans

Totius mundi seriem gubernat Trinus, & unus.

Amen.

V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. **R.** Strolam gloriae induit eum.

Ad Magnificam, Antiphona.

Labores manuum suarum quia man-

plum, & vicina loca perfunderet. Contigit quoque in sancti corporis testimonium, ut unus ex commentariis, hernia morbo insanabili laborans, ad aspectum sancti corporis convalesceret. Quarum rerum percrebescente fama innumeri homines ad visendum Sancti Secundi corpus venerunt, ac plerique variis morbis laborantes, Sancti Secundi meritis sanati sunt. Hujus Sancti Episcopi, & Martyris reliquiae multis illustratae miraculis, in antiquissimo templo, quod in Abulae suburbio extructum est, per longa tempora asservatae sunt. Hinc in primarium urbis templum translatae sunt, & in sacello ipsi Sancto dicato reconditae, ubi frequenter, & incredibili totius populi devotione coluntur.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: **V.** Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

V. Cibavit illum Dominus pane vitae & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

Lectiones tertii Nocturni, Homilia S. Augustini Episcopi in Evangelium Si quis venit ad me, de Communi unius Martyris. xxiv.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Bonifacii Martyris.

DIE XIV. MAIL.

Fit de SS. Nereo, Achilleo, & Domitilla Virgine, atque Pancratio Martyribus.

Semiduplex.

Omnia ut in Brev. Rom. die xii. huius ix. Lectio ex duabus una, & Commem. S. Bonifacii in Laudibus in eodem Brev. die xiv.

Vesperae de sequenti, cum Comm. praec.

manducavit, esuriens implēvit bonis Dōminus Deus noster.

Oratio.

DA nobis, quæsumus misericors Deus, beato Isidoro Agricola Confessore tuo intercedente, superbe non sapere; sed ejus meritis & exemplis placida tibi semper humilitate deservire. Per Dōminum nostrum, &c.

In primo Nocturno.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio i. *Cap. 5. b*

Patientes igitur estote fratres usque ad adventum Dōmini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra; quoniam adventus Dōmini appropinquavit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex ante januam assistit. Exemplum accipite fratres exitus mali, laboris, & patientiæ, Propheta: qui locuti sunt in nomine Dōmini.

R. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: **V.** Intra in gaudium Dōmini tui. **R.** Dōmine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Intra in gaudium.

Lectio ii.

Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Dōmini vidistis, quoniam misericors Dōminus est, & misericors. Ante omnia autem fratres mei nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: ut non sub judicio decidatis. Tristatur aliquis vestrum? ore: A quo animo est? psallat. Infirmatur quis

in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Dōmini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dōminus, & si in peccatis sit, remittentur ei.

R. Justus germinabit sicut lilium: **V.** Et florēbit in æternum ante Dōminum. **R.** Plantatus in domo Dōmini, in atrii domus Dei nostri. Et florēbit.

Lectio iii.

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini: multum enim valet deprecatio justis assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione oravit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum oravit: & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.

R. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: **V.** Et inventus est in numero Sanctorum. **R.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Et inventus. Glória Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Isidorus Agricola propē Matritum Hispaniæ urbem, in qua natus fuerat, mercēde colēdis agris conductus, brevi magnarum sibi virtutum eo in exercitio uberrimam segetem paravit. Admirabilis enim Christi ac Sanctorum imitator, nunquam ad opus manū se conferēbat, nisi prius Dei regnum studiōse quereret. Ecclesiasticus in ipsius ac Desparæ honorem dicatas visitaret. Quare cum illius moram agri dōminus graviter ferret, atque ex editiore loco quadam die, ut eum liberius increparet, Agri-

co-

colam opperirētur; binos Angelos candidā veste, dūplici boum jugo arantes, mediūque inter illos Isidorum conspexit. Quo miraculo vulgāto, magno deinceps in honore tam apud herum, quam apud ceteros homines haberi cepit.

R. Honestum fecit illum Dōminus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: **V.** Et dedit dedit Dōminus per vias rectas, & ostēdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Charitate in pauperes aded flavit, ut mercēdem, quam laboribus parabat, egenis erogaret. Quin etiam cum aliquando ad commune cum reliquis confratribus prandium plurimos pauperes adduxisset, nihilque aliud, prandio scilicet finito, quam pulmenti partem sibi reservatam reperisset; illam vir Dei, fide singulari fretus, ita distribuit, ut mirabiliter aucta, iis omnibus alendis, saturandisque sufficeret. Illud etiam inter cetera mirandum, quod per aestivos calores, ad extinguendum in agro sitim, aquæ potum hero flagitante, cum nullibi scateret, Isidorus stimulo, quem gerēbat, humo percussā, ubi rem ex ea & perennem ad hæc usque tempora fontem elicuit.

R. Amavit eum Dōminus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **R.** Induit eum Dōminus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vi.

Igitur sanctitate clarus, cum ad ultimam senectutem pervenisset, obdormivit in Dōmino: & in cœmeterio Sancti Andræ sepultus, tandem ibi jecuit, quoad cives de ipsius corpore honestius in Ecclesiā

Pars Iestiva.

collocādo divinitus mōniti, illud in loculo integrum atque aded incorruptum invenērunt, ut ex eo suavissimus odor, qui hæc etiam tempēstate perdurat, efflaret. Sanctum corpus in Ecclesiā translatum, & in editiore loco situm, maximis Deus miraculis illustravit. Quorum beneficentiam non semel tam ipsa Matriti civitas, quam etiam cetera Hispania loca ope ipsius exploratā, penserunt. Quem postremo post annos ferē quadringentos fama sanctitatis ac miraculis illustrem Gregorius Decimus Quintus in Sanctorum numerum reulit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: **V.** Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **R.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Glória Patri. Quia te.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij.

Cap. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Et relique. Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Lib. 7. Reg. Epist. 32.

Per semetipsum Veritas dicit: Pater meus agricola est: & omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; omnem vero qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Palmes enim infructuosos tollitur, quia peccator funditus eradicatur. Palmes vero fructuosos purgari dicitur, quia per disciplinam reciditur, ut ad uberiores gratiam perducat. Sic enim spicuum grana tribulis attrita, aristas & paleis mandantur: sic olive prelo pressæ in olei pinguedinem desiliunt.

Qgg

s c

sic botri vinearum pressi calcibus in vinum liquescunt.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dñm: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstiniens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat. *Ex eodem Tractu in septem Psalmos Penitentiales ad 6. Psalmum.*

Lectio viii.

Qui manet in verbo, non fraudatur a regno. Aliter namque fructum facere non possumus, nisi in eo maneamus. Ideoque ait: Manete in me, & ego in vobis. Ubi enim manendum nisi in ipso? Deficient domus, palatia corruent, destruentur civitates, ab imis sedibus turres evellentur: Verbum autem Dñi manet in æternum.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilare ergo, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

Non sequamur vanitatem, deserentes veritatem: nec contristemur sicut cæteri, qui spem non habent, sed sustineamus eum. Et si moram fecerit, expectemus, ne contingat nobis quod per Prophetam dicitur: Vae his qui perdidērunt sustinentiam. Quicumque mundane adversitatis fractus inolestiis, diabolice tentationis infestatione dejectus, a spe cœlestium promissionum deciderit, sustinentiam, quam prius habuerat, mercèdem amittit:

qui verò sustinebit, magnam reprobabit remuneratorem.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum, alleluia. **Psalm.** Dominus regnavit, cum relig. 14.

Afa. Euge serve bone in modico fidelis, intra in gaudium Dñi tui, alleluia. **Afa.** Fidelis servus & prudens, quem constituit Dñm super familiam suam, alleluia. **Afa.** Beatus ille servus, quem cum venerit dominus eius, & pulsaverit januam, invenerit vigilantem, alleluia. **Afa.** Serve bone & fidelis, intra in gaudium Dñi tui, alleluia.

Capitulum.

Jacobi 5. b

Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur esto de & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit.

Hymnus.

Jesu coròna celsior,
Et veritas sublimior,
Qui confitenti servulo,
Reddis perenne præmium:
Da supplicanti cœtui,
Hujus rogatu, noxi
Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni reverso tempore,
Dies refulsit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Nigravit inter sidera.
Hic vana terræ gaudia,
Et luculenta prædia,
Polluta sorde deputans,
Ovans tenet cœlestia.
Te Christe Rex piissime
Hic confitendo jugiter,
Calcavit artes demonum,

Sevumque avèrni principem.

Virtute clarus, & fide,

Confessione sedulus,

Jejuna membra deferens,

Dapes supernas obtinet.

Proinde te piissime,

Præcamur omnes supplices,

Nobis ut hujus gratia

Pœnas remittas debitas.

Patri perennis gloria,

Natòque Patris Unico,

Sanctoque sit Paraclyto

Per omne semper sæculum. Amen.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

Exit qui seminavit seminare semen suum, & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus misericors Deus, beato Isidoro Agricola Confessore tuo intercedente superbe non sapere; sed ejus meritis & exemplis, placita tibi semper humilitate deservire. Per Dñm.

Ad Tertiam, Antiphona. Euge serve bone. **Capitulum.** Ecce agricola, ut supra.

R. breve. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. Amavit. * Stolum gloriæ induit eum. Et ornavit. Glória Patri. Amavit. **V.** Os justi meditabitur sapientiam. **R.** Et lingua ejus loquetur judicium.

Ad Sextam, Antiphona.

Fidelis servus.

Jacobi 5. c

Ecce beatificamus eos, qui sustinentur. Sufferentiam Job audistis, & finem Dñi vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator.

R. breve. Os justi * Meditabitur sapientiam. Os justi. **V.** Et lingua

ejus loquetur judicium. Meditabitur. Glória Patri. Os justi. **V.** Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantabitur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona.

Serve bone.

Capitulum.

Jacobi 5. d

Multum enim valet deprecatio justi assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum oravit: & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.

R. br. Lex Dei ejus * In corde ipsius. Lex Dei. **V.** Et non supplantabitur gressus ejus. Glória Patri. Lex Dei. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

In secundis Vesperis à Capitulo sequentis cum Commemoratione præcedentis, Antiphona. Ecce homo agricola iste fuit, quoniam Adam exemplum ejus, ab adolescentia sua ad serviendum Deo viventi. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Da, nobis, quæsumus, ut supra.

DIE XVI. MAIL.

In Festo S. Joannis Nepomuceni Martyris. Duplex.

Omnia de Comuni unius Martyris, xvij. præter sequentia.

Oratio.

Deus, qui ob invictum beati Joannis Sacramentale silentium novâ Ecclesiâ tuam martyrii coronâ decorasti: da nobis ejus intercessione, & exemplo linguam cautè custodire; ac omnia potius mala, quam animæ detrimentum, in hoc sæculo tolerare. Per Dñm nostrum, &c.

In primo Nocturno, Lecciones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

JOannes Nepomuci Bohémia opido, undè Nepomuceni cognomen duxit, à parentibus tæte provectis, non sine futura sanctitatis præsigio, flammis supra nascentis domum mirabiliter collucens, ortus est. Cùm infans in gravem morbum incidisset, beatæ Virginis ope, cui natum parentes referbant acceptum, è vitæ periculo evasit incolumis. Egrègia indole, piæ institutione cælestibus indicis obsequente, inter sanctas religionis exercitationes pueritiam egit: nam Ecclésiâ frequenter adire, ac Sacerdotibus ad aras operantibus ministrare in deliciis habebat. Zatecii politioribus literis ad humanitatem informatus, Pragæ verò gravioribus disciplinis excultus, Philosophiæ, Theologiæ, sacrosanctique Canonum magistrum, & lauream emeruit. Sacerdotio initiatus, atque à scientiâ Sanctorum ad lucra animarum ritè comparatus, ministerio verbi Dei se penitus addidit. Cùm igitur in vitis extirpandis, & revocandis in viam salutis errantibus eloquentiâ, & pietate uberes ederet fructus, inter canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Pragæ consociatus, mox sibi demandatam Evangelii coram rege Wenceslao Quarto predicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suavis multa Rex faceret, magnoque in honore ejus virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas ille obtulit, dignitates, Dei servus, ne à divini verbi præconio avocaretur, constantissime recusavit.

R. Honestum fecit illum Dominus: & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: * Et de-

dit illi claritatem æternam. * Tum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

REgit illum eleemosynis in pauperes erogandis præfectum Joâna Regina conscientie sibi moderatorem adscivit. Cùm autem Wenceslaus ab officio, institutioque decessisset, atque in vitia præceps abriperetur; piæ autem conjugis obstationes, & mōnita gravatè ferret, contendere ausus est, ut in Sacramentali judicio Sacerdoti credita Regine arcana sibi à Joanne panderentur. At Dei minister blanditiis primùm, tormentis deinde, & carceris squalore tentatus, nefarie regis cupiditati fortiter obstetit. Furētem tamen Wenceslao animum cum ab execrando proposito nec humana nec divina jura deterrerent, suprèmum agōnem, quem instare sibi athleta Christi noverat, atque à scientiâ Sanctorum ad lucra animarum ritè comparatus, ministerio verbi Dei se penitus addidit. Cùm igitur in vitis extirpandis, & revocandis in viam salutis errantibus eloquentiâ, & pietate uberes ederet fructus, inter canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Pragæ consociatus, mox sibi demandatam Evangelii coram rege Wenceslao Quarto predicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suavis multa Rex faceret, magnoque in honore ejus virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas ille obtulit, dignitates, Dei servus, ne à divini verbi præconio avocaretur, constantissime recusavit.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine. * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. * Quoniam prævenisti eum in benedictioni-

nibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vj.

Sacrilegum facinus clam patrum, & Martyris gloriam insigne prodigium divinitus patefecit. Ubi enim exanime corpus secundo flumine vehi cepit, ardentes faces aquis supernatantes & discurrētes apparuerunt. Quamobrem ex arēna postridie manè corpus elatum, Canonici deinde Regis iram nihil timētes in Metropolitanam Ecclēsiâ solenni pompâ intulerunt, & sepulture mandarunt. Cùm autem in dies invicti sacerdotis memoria miraculis, & maxima fidelium, eorum præcipue, qui famâ periclitantur, veneratione cresceret, post annos demùm amplius trecentos, in juridica recognitione corporis, quod sub humo tam diu jacerat, lingua ejus incorrupta, & vivida reperta est; quæ sexto post anno judicibus à Sede Apostolica delegatis exhibitâ, novo prodigio repente intumuit, & subobscurum ruborem in purpuram commutavit. His itaque, alisque signis ritè probatis, Benedictus Decimus Tertius Pontifex Maximus die decimâ nonâ mensis Martii anno salutis millesimo septingentesimo vigesimo nono primum hunc Sacramentalis sigilli assertorem, arcani fidem sanguine obsignantem, Sanctōrum Martyrum catalogo adscripsit.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. * Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectōis: & aquâ sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Hilarii Episcopi in Evangelium

Nihil est opertum, ut in eodem Communxxviii.

DIE XVII. MAII.

In Festo S. Paschalis Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confes. non Pontificis præter sequentia.

Oratio.

DEus qui beatum Paschalem Confessorem tuum mirificè erga Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti concedere propitius; ut quam ille ex hoc divino convivio spiritus percipit pinguēdinem, eandem & nos percipere mereamur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

PAschalis Baylon, pauperibus, piisque parentibus in oppido Turris Formosæ Seguntinæ Diocesis in Aragonia natus, à teneris annis plura dedit futuræ sanctitatis indicia. Sortitus animam bonam, ac rerum cælestium apprime studiosam, pueritiam atque adolescentiam in gregis custodia transiit: quam ille vivendi rationem ideò præcipue diligebat, quod humilitati fovendæ, ac innocentie conservandæ in primis utilem, atque opportunam judicaret. Erat in victu modicus, in oratione assiduus, tantaque apud coævos & socios florēbat auctoritate & gratiâ, ut eorum lites componens, errores corrigens, ignorantiam erudiens, ac desidiam excitans, velut omnium parens & magister máximo studio coleretur, ac amaretur: Beatus etiam tunc à plerisque appellatus.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: * Et de-

dit illi claritatem æternam.
 ¶ Justum dedit Dñus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Qui verò in sæculo, terrâ nempe deserta & inaquosa, aedò feliciter adolèverat, flos convallium plantatus in domo Dñi, mirum ubique sparsit sanctitatis odorem. Igitur Paschalis arrepto vite severioris instituto, atque in Ordine Minorum Strictioris Observantia Discalceatorum cooptatus, exultavit ut gigas ad currendam viam suam; totumque se Dño excolendum tradens, dies noctesque cogitabat, qua se ratione magis ei, magisque conformaret. Ita factum est brevi, ut eum tamquam Seraphicæ perfectionis exemplar ipsi quoque proveciores imitandum sibi proponerent. Ipse autem in humili servitium gradu constitutus, se velut omnium peripsam reputans, ardua quæque & abjecta domus ministeria, veluti jure quodam peculiari sibi debita, summâ cum hilaritate suscipiebat, & exercebat humilitate, ac patientiâ pari. Carnem spiritui quandoque reluctari nitentem jugi maceratiõne afflicavit, atque in servitium redègit; spiritum verò assiduâ sul abnegatiõne ferventiorè in dies ad anteriõra extendebat.

¶ Amavit eum Dñus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum.
 * Et ad portas paradisi coronavit eum. ¶ Induit eum Dñus lorica m fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vi.

Deiparam Virginem, cujus clientelæ se ab incunte età-

te dicaverat, tamquam matrem quotidianis colèbat obsequiis, atque filiali exorabat fiducia. Porrò erga sanctissimum Eucharistia Sacramentum, difficile dictu est, quam ardenti teneretur devotiõnis affectu: quem defunctus etiam in cadavere retinere visus est, dum jacens in fètro, ad sacrae hostiæ elevationem bis oculos reseravit & clausit, magnâ omnium, qui aderant, admiratione. Eiusdem veritatem inter hæreticos publicè palamque professus, multa & gravia ob eam causam perpessus est: crebrò etiam ad necem petitus, sed singulari Dei providentia impiõrum manibus erèptus. Sæpe inter orandum omnibus destituebatur sensibus, dulcique languèbat amoris deliquo: quo tempore cœlestem illam scientiam hausisse creditus est, qua homo rudis & illiteratus de mysteriis fidei difficillimis respondere, atque aliquot etiam libros conscribere potuit. Denique mèritis plenus, eadem qua prædixerat hora, feliciter migravit ad Dñum, anno salutis millésimo quingentesimo nonagesimo secundo, sexto decimo Kalendas Junii, eodem quo natus fuerat, festo Pentecostes recurrènte, annum agens secundum supra quinquagesimum. Quibus, alisque virtutibus insignem, ac miraculis tam in vita, quam post mortem clarum, Paulus Quintus Pontifex Maximus illum beatum appellavit: Alexander autem Octavus Sanctõrum catalogo adscripsit.

¶ Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrèdere in requiem meam.
 * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. ¶ Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Glòria Patri. Quia.

In

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 11.

In illo tempore: Respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Dñine cœli & terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Expos. moral. in Job lib. 34. cap. 17. & seq.

Audiant simul omnes: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Audiant omnes: Immundus est apud Deum omnis, qui exaltat cor suum. Audiant omnes: Quid superbis terra & cinis? Contra hujus languoris pestem audiâmus cuncti, quid magistra veritas docet, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque unigenitus Dei Filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc invisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, irrisiõnum opprobria, passionumque tormenta toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilis Deus.

¶ Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dñum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ¶ Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viij.

Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam is, qui sine æstimatiõne magnus est, usque ad passionem factus est parvus? Quia enim originem perditionis nostræ superbia præbuit diaboli, ins-

truméntum redemptiõnis nostræ inventa est humilitas Dei. Hostis quippè noster magnus inter omnia conditus, vidèri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est parvus. Quia igitur Redemptor noster corda regit humilium, & Leviathan iste rex dicitur superbiorum, aperte cognoscimus, quòd evidentissimum reprobiorum signum superbia est, at contra humilitas electõrum.

¶ Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.
 * Et vos similes hominibus expectantibus dñum suum, quando revertatur à nuptiis. ¶ Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dñus vester venturus sit. Et vos similes. Glòria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Cum ergo, quam quisque habeat, cognoscitur, sub quo rege militet invenitur. Unusquisque enim quasi quemdam titulum portat operis, quo facile ostendat sub cuius serviat potestate rectoris. Unde & per Evangelium dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ne igitur nos Leviathan istius membra vel mira faciendò fallerent, aperit signum Dñus, quo deprehendi valeant, demonstravit, dicens: Ipse est ex super universos filios superbia. Qui & si aliquando fictam speciem humilitatis assumunt, semetipsos tamen celare in omnibus nequaquam possunt, quia eorum superbia diu latere non sustinent, cum ex alia tégitur, ex alia actione denudatur. Qui verò sub Rege humilitatis militant, semper pavidè, atque ex omni latere circumspècti, adversum jacula elatiõnis pugnant, & quasi contravenientes ictus solum magis in suo corpore occu-

oculum custodiunt, dum in semetipsis principaliter humilitatem tuentur.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXI. MAII.
In Festo S. Torquati Episcopi & Martyris. Duplex.

Omnia de Communi unius Martyr. Pontif. xvij. præter illa quæ hic assignantur propria.

In primis Vesperis ad Magnificat, Ant. Gaude felix Accitana civitas, quia in te receperisti beatum Torquatium fidem Christi prædicantem.

Oratio.

DEus, qui nos per beatum Torquatium Martyrem tuum atque Pontificem ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: concede propitius; ut cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno, **Lectiones de Scriptura occurrente.**

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Quo tempore primam in Christianos persecutionem Nero immanissimus Imperator excitavit, beatissimi Apostoli Petrus & Paulus, Torquatium, Ctesiphontem, Secundum, Indaletium, Cæcilium, Hesygium, & Euphrasium, beati Jacobi Apostoli discipulos, Episcopos Romæ ordinaverunt, & ad prædicandum Christi Evangelium in Hispaniam miserunt. Cum autem ad eam Provinciam pervenissent prope Accitanam urbem, in viridi campo, ut longitudo itineris lassati aliquantulum quiescerent, constitierunt. Cumque ad civitatem vicinus emendi causa aliquos miserent, pagani, qui tunc forte deorum suorum festa debacchantes peragebant, visis diversi habitus,

ac religionis peregrinis hominibus, in eos furientes prosiliunt: & ad Sanctos pervenientes, omnes pariter in fugam actos, usque ad flumen prosequuntur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seducoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

LECTIO V.

Sed ut viri Dei pontem pertransierunt, pons, qui miræ magnitudinis & firmissimus erat, contremuit: & gentium multitudinem Sanctos persequentem pariter oppressit, ac demersit in aquas. Quo miraculo accolæ territi, eos postea revocare, & in honore habere cœperunt. In primis Luparia quædam præclara mulier benignè illos suscepit, atque ab his fidem edocet, in oratorio, quod ipsa construxerat, baptizata est. Cuius exemplo quam plurimi in Christum credentes, relictis idolis, baptismi sacramentum susceperunt.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine. **V.** Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

LECTIO VI.

Hujus igitur urbis, quæ tunc prima Christi Domini fidem in Hispania recepit, beatus Torquatius Episcopus designatus est: ac cæteris ad alias Hispaniæ terras abeuntibus, ipse Acci remansit: ubi multis pro Christo perfunctus laboribus, demum Martyr occubuit. Ejus corpus in eadem urbe (quæ nunc Guadix appellatur) primo sepultum est. Juxta cujus sepulchrum olim arbor olivæ erat, quæ in

Oratio.

DEus, qui nobis ad primitias fidei propagandas beatum Indaletium Martyrem tuum atque Pontificem tribuere dignatus es: da quaesumus; ut quem festivo veneramur obsequio, ejus intercedentibus meritis æterna gaudia consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

In primo Nocturno **Lectiones de Scriptura occurrente.**

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Indaletius, cujus illustre nomen variis Ecclesiæ fastis reperitur inscriptum, unus fuit & septem præcipuis Sancti Jacobi Apostoli discipulis, qui à beato Petro Episcopi postmodum ordinati, & in Hispaniam ad seminandum Dei verbum directi, primas ibidem Episcopales Sedes fundèverunt. Is ergo una cum Sociis Torquato, Ctesiphonte, Secundo, Cæcilio, Hesychio, & Euphrasio laboriosissimum onus convertendi ad fidem Gentis, veterum errorum alioqui tenacissimas, alacri gaudentique animo suscepit: quas illi fidenter sperabant à jugo diaboli, divina virtute, solvendas, quantum validius ethnica superstitionis nexibus ligabantur. Incepti ergo Christi athletæ, cum post magna, & ardua iunera Accin superioris Bæticæ urbem pervenissent, vires aliquantum prope ipsam refecturi, quiescebant; quo mirum die Paganorum multitudinem illis, qui putantur dii, & non sunt, sacrelegum solèmi pompâ festum celebrabant. Cum autem aliquos ex discipulis ad emendos cibos in urbem misissent, bárbara gens diabólico furere acta, irruit in servos Dei, quos fugæ se committentes,

us

in natali Martyris florébat, simulque fructus uberes emittébat: è quibus oleum expressum ad varios morbos curandos adhibebatur. Inde in Gallaciam translatum, in quodam Cœnobio Ordinis Sancti Benedicti, condigno honore asservatur. Sodales Sancti Torquati & ipsi in variis urbibus Episcopi constituti, Christi Evangelium prædicarunt, & in eis quieverunt: Ctesiphon Vergerii, Secundus Abulæ, Indaletius Urçi, Cæcilius Illiberi, Hesygius Cartæjæ, Euphrasius Illiturgi, quorum corpora ad alias postea Hispaniæ urbes translata sunt.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: **V.** Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vite & intellectus: & aqua sapientiæ salutarius potavit illum. Et coronam. Glória Patri. Et.

In tertio Nocturno, **Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium Si quis venit, ut in Communi unius Martyris. xxiv.**

Ad Benedictus, Antiphona.

Dum beatus Torquatius sanctum Jesu Christi Evangelium Accitanis prædicaret, nobilis matrona, Luparia nomine, fidem Christi suscepit, ad cujus exemplum magna pars civitatis baptizata est.

In secundis Vesp. à Cap. sequent. cum Comm. præcedentis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beatus Antistes Torquatius, in civitate Accitana à paganis necatus, illustre fidei testimonium Christo Domino reddidit.

DIE XXII. MAII.

In Festo Sancti Indaletii Episcopi & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris Pontificis, xvij. præter ea quæ hic sequuntur.

usque ad amnem non longè fluentem persecuta est.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Pons super flumen erat miræ magnitudinis, ac tantæ firmitatis, ut nulli ævo cesurus videretur; quem cum sancti Antistites essent ingressi, numerosa persecutorum turba, sævum in ipsos impetum faciens, ascendebat. Sed ecce repente divina virtutis auxilium. Statim enim ac sancti viri transierunt, ingens illa, & elata moles cum furientium hominum multitudine, horribili strepitu, in profluentem corruit. Cæteri vero tanti miraculi evidentiâ territi, in se ipsos revérti cœperunt; ac furóre in reverentiâ converso, ad servos Dei accurrētes, ut apud ipsos manerent, invitabant; quo in officio pietatis cæteris præfulsit matróna de ordine senatório, Lupária nómīne, quæ inspirante Deo, sacros Antistites benignè excēpit, ab ipsisque fide instructa, & baptizata, ædiculam pro sacris Christianorum extruxit, atque copiosam sægetem inde in hórrea Domini invehētes, Torquãtisque ibi primum loci Episcopum relinquentes, cæteri ad opus Apostólicæ ministríi álibi exercēndum progressi sunt.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, * Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum.

V. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et.

Lectio vi.

Indalcius autem Urcum finitimam, & olim magnitudine cælebrem civitatem erudiendam suscepit, ibique sedem figens, innumeros filios, vitæ sanctitate, & verbi virtute, Christo per Evangelium genuit. Ex quo mirè per totam regionem religio Christiana, ejectione gentium idólis, propagata est. Ipse autem multis confectus ætatis, ac immensis superatis laboribus, pro confessione Christi, & fidei Christianæ propagatione, méritis plenus, ac miraculorum gloriâ illustris obdormivit in Domino. Corpus ejus ibidem à Christianis religiosissime sepultum, post generalem Hispaniæ devastacionem, ad Monasterium Sancti Joannis Baptiste, quod à Pina vocant, in Aragoniæ Regno, divinâ providentiâ translatum, & honorificentissime tumulatum fuit. Sedes autem, novâ prope Urcum extructâ urbe, quam modò Almeiriam vocant, Catholicorum Regum pietate, restituta est; ac Indalciū, ut primum ejus Fundatorem, ac præcipuum urbis, & Diocesis Patronum, summâ omnes devotione venerantur. Ad cujus augmentum Clemens Duodécimus Póntifex Máximus, ut acta ejusmodi in ejus festo legerentur, benignè indulsit.

R. Solâ jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

V. Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aquâ sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam Glória Patri. Et coronam pulchritudinis.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium Si quis venit ad me, de Communi. xxiv.

Vesperæ à cap. seq. Commem. præcedentis.

DIE

DIE XXIII. MAII.

In Festo Apparitionis S. Jacobi Apostoli, & Hispaniarum Patroni.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Accēssit ad Jesum Mater filiorum Zebedæi, cum reliquis de Laudibus. 23.

Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 94. & loco ultimi, Psalmus. Laudate Dominum omnes Gentes. 97.

Capitulum. 1. Cor. 4. b

Fratres, Puto quòd Deus nos Apostolos novissimos ostēdit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Hymnus.

Defensor alme Hispaniæ
Jacobe, vindex hostium,
Tonitruum quem filium
Dei vocavit Filium.

Huc cœli ab altis scēibus,
Converte dexter lūmina,
Audique læti dēbitas
Grates tibi quas solvimus:

Grates refert Hispania,
Felix tuo quæ nómīne,
Ductaque perstat libera,
Vitæque Gentis dēdecus.

Tu, cum jaceret barbaris
Cedens, & impar hostibus,
Præsens inexpugnabile
Robur dabas Ramirio

Tu, bella cum nos cingerent,
Es visus ipso in prælio,
Equoque, & ense acerrimus,
Mauros furētes sternere.

Per te redemptæ Virgines
Laudis repēdunt cāntica,
Nosque à tributo liberi,
Hymni tributum pēdimus.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, quia à mortuis
Surrēxit, ac Paraclito,
Et nunc, & omne in sæculum.

Amen.

V. Constitues eos principes super

omnem terram. **R.** Mémores erunt nómīnis tui Domine.

Ad Magnificat, Antiphona.

Visitavit nos per sanctum suum Apostolum, & fecit saltem de inimicis nostris, Dominus Deus noster.

Oratio.

Deus, qui Hispaniarum Gentem beato Jacobo Apostolo tuoprotēctam misericoērditer tribuisti, & per eum ab imminenti exitio mirabiliter liberasti: concede quæsumus; ut, eodem protēctante, pace perfruamur æternâ. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Christum Regem triumphantem in terris: * Venite, adorémus, Psalmus. Venite, exultémus. 1.

Hymnus.

Jacobum celebret fortis Iberia,
Jacobum méritis tollat honoribus,
Per quem, barbarici nescia fœderis,

Victrix imperat hostibus.

Vegetig truciBUS pēdere fœbile
Urgetur dómīnis imperiósibus;
Centenasque lupis sponte rapacibus

Lectas sistere Virgines.

Aversata nefas, arma ferocior
Pocit mox Arabem, fida Ramirio,
It contra: número sed nimis impari

Virtus cedere cogitur.

Quid sperare datur? Prémicat æthere
Proles horrici clara tonitruum,
Lunatasque acies, ægmina barbara

Særo lūmine disjicit.

Ardens in mediis fertur acinaces,
Instatque attonitis; undique pavidos

Mau.